



**Erasmi a Chokier Tractatus absolutissimus de
iurisdictione ordinarii in exemptos, deque illorum
exemptione ab ordinaria iurisdictione**

Mvltis Pontificvm Decretis, Et SS. Congregationis ... Cardinalium
Declarationibus illustratus ; omnibus in iudicio Civili & foro Ecclesiastico
versantibus perquam utilis ac necessarius ; in duos tomos ab ipso Auctore
distinctus

Chokier, Érasme de

Coloniae Agrippinae, 1684

33. Episcopus an possit punire exemptos in casu sibi jure permissio non
obtemperantes.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61886](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61886)

QVÆSTIO XXXIII.

Episcopus an possit punire exemptos in casu sibi à iure permissio non obtemperantes.

SUMMARIUM.

- 1. Cui conceditur consequens conceditur antecedens.
- 2. Regula cui conceditur consequens &c. non procedit in spiritualiter reservatis.
- 2. Lapi & Card. opinio est quod Episcopus hoc in casu cogere aut punire non possit.
- 4. Distinctio inter exemptiones immediatas, & mediatas.

Videtur quod sic, quia cui conceditur consequens, conceditur etiam antecedens, & cui iurisdictio data est, ea quoque concessa esse videntur, sine quibus iurisdictio explicari non potest, velur est punitio, coeicatio, executio, *rex ubi glo. & DD. l. cui iurisdictio ff. de iurisd. om. iud. latissime Præses in loco à consequenti ad anteced.* 2
 Nihilominus tamen Lapi & Cardinalis in Clem. Archiepiscopo §. fin. n. 5. de privil. 7. Card. Clem. i. n. de sent. excom. contra censuerunt, nempe quod Episcopus agere debeat coram superiore exemptorum, ut eos cogat ad parendum, ac non parentes puniat *arg. c. nullius de iure patr. Lap. & Card. ubi supra quod etiam alibi videtur voluisse Abbas cap. fin. n. 5. vers. Si vero populus de cleric. perégrin. ubi DD. adde supra cod. lib. quest. 15. n. 7. & infra eod. libro. quest. 64. Qui punctus cum sit prolixioris discussionis, brevitas causa legi poterit Præses citatus aliquot in locis & alibi Doctores d. l. cui iurisdictio Barth. l. à divo Pio in pr. ff. de re iudic. tetig. idem supra li. 4. quest. 14. n. 7. Præses. d. loco à concessione antecedenti vers. tertio limitatur, ubi dicit d. l. 2. non obtinere in specialiter reservatis Principi quales esse certa speciei exemptos noscitur alibi diximus d. lib. 1. cap. 2. lib. 2. cap. 5. vers. Secundo & vers. tertio. cum seqq. & cap. 29. in fine.* 3

Paucis, distinguendum videtur inter exemptos immediate Papa subiectos, & alteri cuidam Prælato inferiori, quemadmodum in discursu huius operis frequenter insinuavimus. 4